

Foach. Duffr. Brand. M.
A. 1654. d. 1. Decembr.
Constat

ma	1.	20.	ge
	2.	1.	ge.
	3.	1.	ge
	4.	1.	ge
	5.	2.	ge.
	6.	1.	ge.
	7.	1.	ge.
	8.	1.	ge.
		18	ge.
		5	ge.
		23	

Liq:

Handwritten signature or initials

Sammelband

155



6
DE DURATIONE IN
GENERE ET IN
SPECIE.

DISSERTATIO METAPHYSICA,

In Includatâ Wittebergensium publicæ ventila-
tioni submissa.

*Sub auspiciis æterni Numinis
& PRÆSIDIO*

*Viri plurimum Revereudi, Excellentissimi,
longè Clarissimi*


DN. JOHANNIS SCHARFFII,
SS. Theol Licent. ejusdemq; Pro-
fessoris Extraordinarii nec non Logices & Meta-
physices Ordinarii, Patroni Promotoris & Præ-
ceptoris omni observantiæ cultu ætatem
devenerandi.

Autore & Respondente

JOHANNHE HEINZELMANO,
Vratislaviensi.

habebitur ad diem 25. Septembr.

In Auditorio majori.



WITTEBERGÆ,

Ex officinâ Typographicâ Johannis Hafen.

ANNO M. DC. XLV.

DE ORATIONE IN

GENEBRA ET IN

ALIA VARIIS MENTIBUS

In hunc modum dicitur in hunc
modum dicitur

In hunc modum dicitur

in hunc modum

In hunc modum dicitur

DE JOHANNIS CHRYSO

STOMI THEOLOGICI

IN HUNC MODO DICTUM

EST IN HUNC MODO

DICTUM EST IN HUNC

MODO DICTUM EST

JOHANNIS CHRYSO

STOMI THEOLOGICI

IN HUNC MODO

DICTUM EST IN HUNC

MODO DICTUM EST

IN HUNC MODO

DICTUM EST IN HUNC

MODO DICTUM EST



AUSPICE CHRISTO!

Introductio ad secutororum
Theoriam.

Aternam mentem oculis mortalibus comprehendere vetat. Itane verò in vetitum nitentur quando æternitatis contemplationem præsumemus? An non scientia hujus nil scire est, & unum acumen nil contemplari? Miranda sese offerunt non rimanda. Nihilominus duplex Lumen obtenebratis hominum rationibus accendit Lux Luminum Deus gloriosus. Alterum gratiæ dicam & revelationis, alterum Naturæ & evolutionis. Illud cæcos ducit hoc oculatissimos. Illud cogit sensus hominum, hoc cogitur sub eisdem. Mensuratur intellectu ab illo, hoc mensurat intellectu. Ibi non valet interrogatio, & correctio sed in fidei simplicitate obsequendum, hic scrutinium & deliberatio sunt interponenda. Deus tamen sapientissimus in Revelatione, & Creatione sibi non contradicit. Via revelationis

A 2

Disce-

Disceptatione hac Philosophica non in-
sistetur.

Quid ratio in sacris nisi deliratio rebus?

Neque tamen ab ea prorsus secede-
tur, sed Lumen lunare Phisew's lumi-
ni Solari *χάερος* famulabitur. Mu-
tuatitia rationi illuminatio petetur.
Quid ergo? Æterna Dei mens Naturæ
lumine cognoscibilis investigabitur.
Removemus itaq; notitiam DEI con-
natam nec non infusam utpote natura
non cognoscibilem sine Deo, ut Sol
videri non potest sine Sole. Explican-
damq; sumimus habitualemente de æterni-
tate notitiam, secundum ut, quod &
quid sit, pressuri strictim vestigia ma-
gnorum Virorum, & Præceptorum no-
strorum. Ne scilicet fenestram ape-
riamus (a) Osterodo (b) Socino & so-
ciennis eorum negantibus τὸ Θεοῦ γνω-
σόν. Idq; in Patrocinium gentium quos
inexcusabiles prædicit (c) Apostolus si
prætendere sumant in die Judiciaria se-
se invisibilia Dei æternam ejus poten-
tiam & divinitatem è creatura mundi
& iis quæ fabrefacta fuerunt intelligere
non potuisse.

(a) in in-
stit. germ.

c.7.p.10.

(b) miscell.

quest. ad
object.

Gutteni 5.

p. 86.

item in

prelect. c.

2.p.3.

(c) Rom.

1.v.20.

Producimus ergo Naturam in me-
dium non revelationem. Sistimus ho-
minem in quantum ab homine extra
Eccle-

Ecclesiæ pomœria versante , & inclu-
 so intra eadem abstrahit. Quod sit
 æternitas non quæ qualisve distinctè sit
 demonstramus. Obtenebratos ocu-
 los in arcanis superisq; & languidam
 confusamq; notitiam non perfectam
 ordinatamq; proferimus. Non res *Job. 17.*
 fidei salutiferæ, quæ consistunt in æter- *v. 3.*
 na Dei agnitione , sed scientiæ mortî-
 feræ, sub disquisitionis incudem voea-
 bimus. Dico mortiferæ ad excluden-
 dum coelum Zwinglianum, & evitan-
 dam in eo Herculis clavam, admoni-
 tus à Winshemio olim Professore hujus
 Academiæ orthodoxo. Et id de propo-
 sito cur & quomodo de æternitate actu-
 rus sim. Jam de ævo quod res creatas
 afficit missa Theologis distinctione in
 bene creatos confirmatosque in bono
 & à bono desciscentes Angelos; ut & in
 animam imaginem Dei in se servantem
 atq; alienantem ne transiliam limites.
 Ideo etiam inscripsi Metaphysicam &
 in humanam *γνώσιν* cadentem hanc
 dissertationem. Ita tamen ut hic Phi-
 sophiæ ignis forcipe etiam contrecte-
 tur, non digitis. Quia tamen superest
 duratio rerum affectarum tempore; nos
 vero in tempore viventes sæpe quid sit
 tempus, ignoremus; immò hæc tria
 A 3 sapif.

*Mentio-
 nem hujus
 facit
 Zwinglius
 in Exposit.
 Fid. Chr.
 ad Regem
 Gallie
 Tom. II.
 p. 559.*

ſapiffime inter ſe confundamus; ad di-
ſtinctiorem enodationem Tempus ad-
fixi, neq; in ſignificatu abſtractiore a-
liò referri poſſe quam ſub forum genui-
num Philoſophiæ primæ putavi. Hoc
fundamento ad ſuam quæq; ſedem re-
tuli ad evitandum ſaltum & forum cõ-
petens reſpiciendum. Scrutabor quid
νοιναι εννοιας offerent: In imperſeru-
tabilibus modeſtè cum Auguſtino
επιςχω.

Meam hanc Opellam Jova juva.

TITULLIS PRIMUS GENERALIS De Duratione.

Seſſio I. Theorematica.

THESES. I.

Duratio eſt exiſtentiæ rei per
manentia.

§. I.

Definitio *ratione Nominis* includit
(a) *Homonymian* Intelligitur hic
duratio non quatenus (1) à (a) Scalige-
ro pro *Vitâ rerum animatarum* ſumitur:
neq; (2) prout quibusdam *Unita Entis*
affectio videtur inter præcipuos Dn. D:
(b) Calovio, quæ ſententia nititur Hy-
potheſi nobis nondum comprobata vi-
delicet exterminatione Entis in poten-
tia

(a) Ex.
roz. ſect. 5.
& Ex. 31.

(b) in Div.
Met. p.
227.

tia ex numero Entium, quod hujus pro-
 positi non est decidere: Neq; (3) quo-
 modo ex Sententiâ (c) Suarii simplici-
 ter sub Prædicamentum Quando cogitur
 & creaturas tantum comprehendit sed
 (4) in generaliori quâdam acceptione
 in quantum abstrahit à creatâ & increa-
 tâ duratione & actualitatem rei extra om-
 nes causas positæ continuat. (5) De
 Duratione ἐν τῷ νῦν sive Instantanea
 quid sentiendum sit & num ea exclu-
 datur cum tractûs moræ extensionis
 nomine non gaudeat, adeoq; nonnul-
 lis esse videatur ignis frigidus, in ipso
 conflictu monebimus: interim acroa-
 maticam ab exotericâ acceptione pro-
 bè discernamus oportet. Quâ de re dis-
 serunt (d) Conimbricenses. Urgent
 nonnulli quod Duratio inseparabiliter
 comitetur existentiam & existentia in
 primo instanti statim durare incipiat.
 Comprobante Dn. Præside in Theoria
 Transcendentali. Relegamus vero (6)
 Durationem imaginariam ad Cerberum
 in Purgatorio existentem. Realem ergò
 & intrinsecam tantum adoptamus. Ut
 præit Dn. D. (e) Mart. communis omni-
 um nostrorum Præceptor de universâ
 litteratura meritissimus. β. Synonymi-
 sm dicitur etiam à (f) Scaligero, (g) Pe-
 rero,

(c) Diss. 3.
 met. sect. 2.
 n. 11.

(d) l. 4.
 Physic. c.
 14. q. 3. a. 2
 de Natu-
 re instan-
 tibus.

(e) in part.
 Met. l. 2.
 sect. 13. Th.
 12.

(f) Exerc.
 359. sect. 7.

(g) l. 12.
 Phys. c. 5.

rerio, & aliis tractus essendi continua-
tus, mora quantitas, sed tropicè.

§.2. Definitio ratione rei sistit no-
bis non quidem genus & differentiam
propriè sic dictam sed tamen concep-
tum magis & minus communem vide-
licet (1) *rem consideratam* quæ est existen-
tia cum quâ materialiter, idem est Du-
ratio, nec nisi ratione rationata & con-
notatione aliqua extrinseca invicem
distinguuntur, ita tamen ut existentia
antecedat tam Naturæ quam Ordinis
Prioritate. Ultraq; autem ab essentia
ut infra fusius demonstrabitur diffe-
rat. 2. *Modum considerandi*, de quo.

II. Formalem rationem Durationis ponimus in permanentia rei in esse.

§.3. Quo ipso permanentiam in-
telligimus (1) *non latissimè* acceptam
quatenus *κατ' ἐξοχήν* solus Deus eam
sibi (a) vendicat Coeli peribunt, Tu ve-
rò permanes 2, non *strictissimè* quatenus
contradistinguitur successioni tanquã
totum quod non habet partes in fluxu.
De quibus pl. Rev. & Ex. Dn. Licentiato,
(b) Præses. 3. Sed *mediâ quadam acceptio-*
ne prout tam permanenti quam succes-
sivæ durationi cum indifferentia ac-
com-

(a) Ps. 104.

(b) Theor.
Transf.
Disp. de
Permanē-
te & suc-
cessivo.

commodatur, secuti ductum Dn. D. (c) *Exerc.*

(c) Martini.

l. 2. qv. 4.

§. 4. Removemus autem definitionē (d) *l. c.*

Scaligeri (d) formale in ambiguo termino representantis, atq; ita ignotum per æqvè ignotum confirmantis. Neq; Pererio assurgimus, cujus definitio latitudinem durationis non exhaurit, sed ad res materiatas tantum quadrat. Extensio enim Pererii non constituit Durationem ita ut distinctè ab aliis concipi possit. Negamus hic stare posse denominationem extrinsecam. Manet ergo inferre durationem perseverentiam quandam, sive permanentiam ab existentia realiter non distinctam sed quæ connotet præexistentiam formaliter; & durare nihil aliud esse, quam permanenter existere. Ex quibus declinatur dissensio quorundam, qui conceptum contrahentem & Naturam Durationis ponunt in mensurabilitate, tum quia durationi increatæ non competit neq; activè neq; passivè; cum mensurare & mensurari importet imperfectionem quæ à Deo aliena juxta Canonem: Infiniti nulla est mensura. Scilicet per se & ex suâ Natura quanquam secundum nostrum intelligendi Modum concipiatur. De quibus (e) Per-

(e) *l. 12.*

Phys. c. 10.

13.

A 5,

rieri.

(f) in Cō- rarius, Dn. (f) Cornelius Martini, Dn.
ment. Me- (g) Scheiblerus, (h) Castanæus, & alii.
vaph. 4.

c. de vero

p. m. 179.

(g) l. 1. c. 16.

art. 4. n. 21.

(h) voce

Mensura

p. 121.

III. Dividitur Duratio in

1. Indefectibilem simpli-
citer à parte ante & à parte
post, & dicitur æternitas.

2. Indefectibilem secun-
dum quid à parte post tan-
tùm, diciturque ævum.

3. Defectibilem simpli-
citer ab ante & post & dicitur
tempus.

§. 5. Ratio divisionis hæc est: Quot
sunt modi quibus in suo esse res conti-
nuantur, tot sunt etiam rerum durati-
ones. Quod verò modo triplici res con-
tinuentur, patet hinc: nam: *Quicquid
est vel est omninò infinitum & sic caret
principio & fine, vel omninò finitum &
sic habet Principium & finem, vel partim fi-
nitum partim infinitum, & sic habet Principium
& caret fine.* Ita duratio vel est infinita &
est solius Dei, vel partim finita partim
infinita & est Angelorum animarq; no-
stræ vel finita tantùm & est rerum cor-
ruptibilium.

Sectio

Sectio secunda Problematica.

QVÆSTIO I.

Utrum duratio differat ab existentia
realiter?

1. Negativam tenemus adducti his
fundamentis (1.) quia idem est quætere
quamdiu res duret, atque quamdiu res
existat, ipsaq; brevis aut longa duratio
dicat brevem aut longam existentiam.
(2.) quemadmodum se extensio habet
ad quantitatem, & intensio ad qualita-
tem, actio ad conservationem, & con-
servatio ad productionem ita duratio
ad existentiam. Illa autem realiter non
discriminantur inter se invicem: Ergo
nec hæc.

2. Affirmativam tuetur (a) *Timpterus* (a) *Met. 6.*
concedendo Durationem tantum à *5. q. 2.*
De oratione distingui, ad declinandam
compositionem in Ente simplicissimo,
sed denegando id rebus creatis, pro quâ
sententia astruendâ adducit 5. rationes. (b) *d. l.*
In hac sententia sunt, qui Durationes *sect. 1. Tb.*
tantum dicunt accidentia & sub prædi- *1. §. 1. bujg.*
camentum quando referunt, ut (b) *Sua-*
rius (c) *Albertus*. Alii excipiunt, duratio- *(c) In*
nem instantaneam non dari rem tamen *Prædic.*
in instanti existere, quibus associat ipse *tract. 4. c.*
se (d) *Suarez.* *1.*

3. Quod

(d) *disp. 5. c.*
si 2.

(e) in diss.
50. sect. 1.
d. 5.

(f) n. 15.

(g) In sua
Physica
Tr: de
Tempore
sect. 1. part.

3.

3. Quod ad *Timplerum* ille responsionem petat ab adm. Rev. Excellentissimo D. Jac. Mart. ubi Sententiam hanc eo quo ille astruxit ordine destruit, pro parte *Snarii* (e) quem oppugnat Goclenii Scholiastes *Timplerus*. In secunda objectione aeternitas in Deo pro accidente habetur, quæ tamen à parte rei idem est quod Deus ipse, qui ab accidentium inessentiâ totus est liber. Tertia fundatur in dubia Hypothesi, num momentanea existentia res duret. Sed ante dictus Autor ipsum (f) se refutare videtur.

4. Admittitur ergo tantum rationis discrimen ne scil. augmentatio fiat ex permanentia, ut gravissimè monet Dn. D. Mart. cum vi solius existentia absq; ulla alia re vel modo distincto super addito res duret. Ut sentit nobiscum ex Dd. Scholasticis. *Gabriel, Ockamus* cum multis. Quamquam formale discrimen urgeat (g) *Carolus Franciscus de Rationis* motus super additâ durationi permanentia. Verum respondemus Jesuitæ. Si existentia per actum permanendi à se diversum duraret esset ille vel substantia vel accidens. Si substantia an per substantia unionem durare possit substa? Quæ non sunt unum essen-

essentialiter unita sint oportet. Sin
accidens faceret ad rei conservationem
imò ipsa esset permanentia. *Α' τοπικα α' το-
πωστικα.* Entia non multiplicanda
præter necessitatem. Videmus ergo
quod in re substrata ipso etiam formali
hæc duo conveniant.

2. Utrum duratio differat ab essen-
tia realiter?

§.1. Dist. hic inter durationem *in-
creatam & creatam.* De illa negamus
cum duratio divina sit ipsa essentia di-
vina. De hæc asserimus. (1) enim *plu-
res sunt res ejusdem essentia quæ tamen di-
versam habent durationem.* Duo homi-
nes unâ humanitate & essentia gauden-
tes possunt propter varietatem Clima-
tum temperamentorum aliarumq; re-
rum variam habere durationem. (2) *e-
contraplures sunt res ejusdem durationis,
quarum tamen omninò diversa est essentia*
v.g. Omnes angeli & animæ humanæ
pariter durant imparem habentes natu-
ram & essentiam.

§.2. Opponit (a) Thomistarum ex- (a) quod
ceptio, cui facile respondetur ex con- videre est
sanguinitate, & cognatione, quæ ne- apud Pe-
ctuntur essentia rei existentia & dura rer. l. 12. de
tio Temp.

(b) *part. 1. Phil. sobr. Sect. 4. c. 1. q. 1. p. 956.* tio. Nam duratio nec esse nec intelligi potest sine existentia potest tamen existentia sine hac concipi & definiri. Quare (b) *B. Meisn.* & quos citat ibi: (c) (c) *l. 1. de Scaliger* & (d) *Zabarella* qui ita argumentari videtur: additum differt ab additi receptivo Ergo existentia differt ab

106. (d) *l. 2. de essentia & consequenter duratio.*

prim. materia c. 3. 3. Utrum in æternitatem & ævum cadat permanens duratio?

(e) *l. 1. de Sol phi- losophi sed. prosa 6.* 1. Ex (e) *Boëtio* circumfertur quod æternitas Dei sit interminabilis vitæ possessio tota simul & perfecta. Vocc tota simul removetur à Deo successio ad ponendam permanentiam cum quo & nos facimus & clamamus. Tu Deus, permanes, nos interimus.

Pf. 104. 2. Ast obstat nobis (f) *Vorstius*, & (f) *in No- tis ad Diss. 3. de Deo. p. 222.* Deo successionem tribuit, quia attribuantur ipsi differentia temporis heri, hodie recordari, promittere, prædicere. (g) *Apor. 1. 9. G. 6.* Qui est qui erat & qui venturus est. Heri, hodie & ipse in secula. Quo citat Patres.

XVI. 5. 3. Cui responsam est multoties à Theologis & Philosophis (1) *removendo* coexistentiam ad tempus tum imaginarium tum motum coeli (2) *explicando*, Scripturæ loca & Patres, de hac successionem non loquuntur, sed ad nostrum

cap.

captum sese accommodant. Sicut cum Deo os, manus, pedes tribuuntur. Apprehendimus sane simplicia per composita intelligibilia per sensibilia, spiritualia per corporalia æterna per temporalia quæ omnia sicut intelligimus ita nominamus. (3) *prænotando* æternitatem in divinis esse ipsam essentiam divinam. Ipse autem *Vorstius* in hoc tertio nobiscum consentit, ubi dicit durationem æstimandam esse ex natura entium quæ durare dicuntur. *l. 1. p. 220.*

4. Rebus creatis omnibus sunt qui denegant permanentiam quia creaturarum esse consistat in semper fieri non in factum esse. Jam verò $\tau\delta$ fieri præsupponit illis successione. Hinc Job de homine quod nunquam permaneat in eodem statu, queritur. Quò in patrociniis vocant *Augustinum*, qui res creatas àeri illuminato ob instabilitatem comparat. Dicunt, etiam $\tau\delta$ conservari ab influxu Dei servativo pendet Ergo nihil aliud est quam continuata productio, hæc ipsa conservatio. Hinc *Thomas* ait: Deus non aliter conservat omnes res in esse quam dando illis esse. E. cadit permanentia. *l. 8. super c. XII. Gen.*

5. Somnium somniant Heracliti & hunc sequentium qui hoc dicunt. Ille vel *l. in' quest. 9. art. 2. & Bonaventura 2. dist. 2. art. 1. quest. 3.*

vel omnes res contingenter labi nihilq;
vel puncto temporis in eodem statu
manere asserit.

4. Met.

Sed quemadmodum refutavit eum jam
tum Aristoteles : ita nos quoq; facile
possumus : cum (1) sensuali evidentiae
contradicat. (2) Omnem Philosopho-
rum consensum insultet. (3) conservari
dicatur quod idem manet aliquandiu,
& permanere quod non illico destrui-
tur (4) permanens in specie hic sumat-
ur non ἐξοχινῶς prout omnimodam
indefectibilitatem infert & soli Deo
tribuitur, sed cum χέσει ad ens suc-
cessivum (5) hoc absurdum sequatur
ipsam esse augeri, sive quod idem est
suscipere magis & minus.

6. Quod ad *Augustinum* dico *D. Pa-
trem*, nihil aliud quam perpetuam,
Creaturarum à creatore dependentiam
innuere. Non tamen nisi argumento
Topico.

7. Ad locum *Jobi* respondeo intelli-
gi ibi accidentia non ipsum hominis
esse.

8. Ad fieri distingvo inter creaturas
corruptibiles & incorruptibiles de his
permanens intelligendum in factum
esse non in fieri.

9. D.

9. D. Thomas explicat seipsum. Ubi 1. post
conservationem dicit continuationem *quest. 10 q.*
primæ actionis excepto tamen motu & *art. 1. ad*
tempore. Quid plura tempus etiam *quartum.*
excipimus, manet ergo ævum accense-
ri durationibus permanentibus. Con- *In partit.*
tinuitas, inquit *Dn. D. Martini*, actio- *met. l. 2.*
nis in angelo non est per variationem *sect. 13.*
neque per successionem partium actio- *quest. 6.*
nis sed per simplicem permanentiam *vid. etiam*
ejusdem individualis actionis, ut lo- *Henric.*
quitur ibidem. *quolib. 5.*

IV. An duratio habens finem, sed *q. 11.*
carens initio admitti potuisset?

I. Admitti potuisse asserunt non
pauci, statuentes creaturam aliquam
potuisse fieri ab æterno. In qua senten- *(a) 2. Sec.*
tiâ *(a)* Gregorius Arimin: Gabriel & *d. 1.*
ocham. Prætendant illi non impli-
care contradictionem, sive ex par-
te creantis sive ex parte creationis,
sive ex parte creaturæ E. in potentiam
Dei absolutam cadere. Lumen quidem
cum Sole splendorem cum igne, for-
mam cum formato simul esse certum
est. Ex quibus similibus Augustinus co *l. 6. de Tr.*
ternitatē Filii ostendit sed hæc ad The- *c. 1.*
logiã spectant partim partim, altioris
sunt indaginis. Nihilominus dicimus
quod creationis & productionis discrimen

B

men

men adhuc reperiretur in creatura.

Sectio Tertia Axiomatica.

I. Duratio non reciprocatur cum ente generaliter.

Argumentor : Quodcumq; non *omni* Enti , soli , semper & *ωσάυτως* convenit ; illud cum ente non reciprocatur.

Duratio *omni* Enti non convenit. Non *enti in potentia* quod durare non dicitur, non *accidenti*, cum tres durationes species triplicem tantum afficiant substantiam. E. non retrocurrit & & ad æquatur cum ente.

*l.ii. Encyc.
c.4. In div.
met. p. 227.*

Quicquid hic ogganniat Alstedius quæ sequitur *Dominus D. Calovius*. Adde quod Ens in Metaphysicis intelligendum sit nominaliter non participialiter, atq; ita ad Ens in potentia etiam extendatur.

Hinc duratio quia rei est tantam existentis, latitudinem entis non exhaurit. Vid. *Theoria Transc. & Suarez*.

*Disp. 3.
met. p. 2. n.
ii.*

II. Duratio ut Duratio neque contrarietatem, neque magis & minus suscipit.

Confirmatur. Nullus alio magis vel minus in tempore aut in ævo esse dicitur.

enr. Raphaël magis in ævo non est quā
Gabriel aut Uriel, neque magis in tem-
pore Petrus quā Paulus. Deinde ho-
dierna dies non est contraria hesternæ,
non ante annum traductæ. Licet etiam
sub diversis momentis concipias, in in-
divisibili tamen ponitur & inseparabili.
Nam *existentiam comitatur & imitatur*
Duratio & talis est quæ est esse.

III. Creata duratio so-
tum pertinet ad prædicamen-
tum quando.

1. Non simpliciter ut vult Suarius. *Disp. 3.*
Duratio ut sic transcendit creatam & *Met. sect.*
increatam. Sed durationem creatam *2. n. 11.*
sub Prædicamentum cogi non repug-
nat. Increata huc ob simplicitatem Infi-
nitam non ingreditur.

2. Qui objiciunt. Quando ta-
men ad tempus restringi: committunt
fallaciam causæ. Prædicamentum
quando includit & ævum & tempus.
Nomen ab eo sumptum est quod est no-
tius nobis, non quod notius natura. De
durationibus aliter loqui non possumus
nisi per verba nostro Tempori conveni-
entia.

IV. Convenit formali-
ter rebus duratio in sese spe-

Etatis non inter sese collatis.

Dicit enim *existentiam* non *coexistentiam*, *intrinsecam* denominationem nō *extrinsecam*. Licet eam circumloquamur per motum cœli sive potius & *Φυσικῶς* Siderum, ita ut per mensem durasse, dicantur coëxistisse periodicæ revolutioni Lunæ. Quâ ratione ab ipso Scal. ævum definitur per coexistentiam ad æternitatem. Nos hic dicimus: si vel maximè cœlum & astra moveri desinant nos nihilominus durare posse quoad *essentiam*, licet non quoad *influxum*.

Nam nihil aliud est durare quam in esse perseverare. Nulla res existit per coexistentiam, itaq; per eam nulla quoque res durat. *Notificare* potest durationem *coexistentia* non *essentialiter* afficere.

V. Major vel minor duratio arguit majorem vel minorem perfectionem *scilicet cæteris paribus*. *Ratio in promptu est*.

Deus utiq; eminenter perfectissimus est, omnia in eo, omnia ex eo, omnia dat

dat & nihil accipit, omnia habet & nihil quod non habeat. Omnia est nec quicquam aliud quod non fit ipse. Ut loquitur *Hermes Trism.* sive *originalem* αὐτελείαν quæramus sive *essentialem* sive *virtualem* sive *actualem*, in Deo inueniemus. Qualis itaq; creaturarum, perfectio sive *in primo* sive *in secundo momento* consideretur accedet ad perfectionem hanc summè excellentissimam. Quis ergò *æternitati* maiorem perfectionem inesse, quàm *æviternitati*, & huic quàm *tempori* perneget. Verum εὐδηλον, Canonem non loqui de rebus omnibus quæ sunt *eiusdem ordinis*, alioquin metalla quæ diuturnioris sunt perfectionis majoris *itidem* essent perfectionis essentiæ & nobilitatis. Angeli verò pares perfectione inter se invicem, pares animæ, ita tamen ut hæc sint inferiores perfectione Angelicâ.



B 3

TITUL

TITULUS Secundus Specialis.

Caput. I.

De Æternitate

Sectio I. Dogmatica.

Th. I.

Æternitas est duratio simplicem essendi interminabilitatem & continuitatem denotans.

§. I. Definitio ὀνοματωδης ἐ-
volvit æternitatis

1. Notationem dicitur æternum tanquam extra terminum, quod sine termino existit ita ut nunquam finendum sit. Juxta Suarez. Quibusdam quasi æviternum, Græcè est αἰδιον quasi ἄκρη αἰεὶ semper & ὄν existens. Vel ἀ ἀδῶν τῆ αἰεὶ ἐσῆνας hinc αἰώνιον & Latinorum sempiternum, apud Phavorinum, quod ipsum etiam s. Zanch. & Daneam annotavit Dn. D. Martini. Alii æternum dicunt quasi ætherium à nomine æther, ideò antiquiores scripserunt æternus quod sit incorruptibile & æternum cœlum vid. Becmannus.

diff. 50.

met sect. 3.

Ex met.

l. 2. c. 4. th.

13. p. 480.

In orig.

Lat. I.

[2. Un-

2. *Univocationem*. Ab antiquis dici- l. 4. *Phys.*
 tur tempus separabile ut notat *Toletus. Arist. c. 12.*
 Græci habent suum αἰών, sive αἰδιότης *quest. 12.*
 ut ex *Rom. 1. vers. 20.* patet. Ubi dicitur p. 141.
 ἡ αἰς αἰδιότης. Item *Apoc. IV. 9. & 10.*
 ut & *Rom. XVI. 26. 1. Tim. 1. 17. Joh. VI.*
 51. Ebræis dicitur אֵלֶּיךָ de quo lati-
 num olim & tribuitur Deo *Gen. XXI. 33.* *Vid. his*
Raschi su-
per Ex.
XXI. v. 6.
& Ab Efr.
XXI. v. 6.
 Ef. *XL. 28. & XLV. 17. Dan. VI. 26* Alias et-
 iam אֵלֶּיךָ Ef. *LVII. 15. Ps. XIIIX. 51.* ita אֵלֶּיךָ
 æternitas vel robur Israelis. *Jes. LXII. 3.*
Thren. III. 18. Ps. XVI. 11. & XLIX. 20. Jes.
XXXIV. 10. 1. Paral. XXIX. 9. Jer. XV. 18.
 uti etiam אֵלֶּיךָ Ps. *LV. 20. Habac. 1. 12.*
Mich. V. 2. Prov. IIX. 23. Syri utuntur
 אֵלֶּיךָ Arabes אֵלֶּיךָ.

3. *equivocationem*. Sumitur vox æ-
 ternitas (1) κατὰ χρόνον. Ita ab *Aristo-*
tele notantur Propositiones *æternæ* veri-
 tatis ita *Gen. XVII. 8.* promittitur *Abra-*
hæ possessio terræ *Canaan* in *æternum*.
 Super quem locum videatur *August. & 1. quest. in*
Jer. XXXIII. 18. Cultus dicitur *æternus. Gen. c. 31.*
 Captivitas *Babylonica* dicitur *æterna*
Jer. XXV. 9. scilicet æternitate Periodicâ
 quæ duravit per tempus benè longum.
 Quod notandum contra *Judæos* statu-
 entes II. *Mosaicas* absolutè *æternas*.

B. 4.

Sic

Sic circumcisio vocatur *foedus æternū*.
Cujus æternitatē nō in sese ejus anti-
typo impleri putant quidā. Gen. XVII.
13. servitus quoque ejus cujus Aures per-
Ex. XXI. foratæ sunt dicitur *æterna*. Hinc Horat.

6. *Serviet æternum qui parvo nesciet uti.*

Sic Fama *æterna* dicitur. Promitti-
mus etiam *æternam* gratitudinem. Sic
montibus & collibus in sacris *æternitas*
tribuitur, sed impropriissime.

2. Μέσως. pro æternitate à posteriori
tantum quomodo dicitur vita æterna &
damnatio æterna, & angeli etiam sicut
etiam animæ æternæ audiunt.

3. Κυριολέκτως. Ubi æternitatem ac-
cipimus pro duratione quæ nec termi-
num ante habuit, nec postea habebit,
imò quæ nec habere potuit, nec pote-
rit unquam.

2. Definitio *πραγματώδης* occupata
est in determinando genere & differentiâ

3. Genus est duratio. Alii defini-
unt per attributum Dei *ἀνεργητον*
quod ab ipsius infinitate profluit, hoc
processu, Deus quia est Ens perfectissi-
mum ideò independens, quia indepen-
dens ideò immutabilis quia immuta-
bilis ideò infinitus, quia infinitus
ideò æternus. Sed hic conceptus
magis communis est. Ab aliis ita descri-
bitur, quod sit duratio quæ nullam suc-
cessio-

cessionem admittit neq; in esse, neq; in proprijs & internis actibus sive operationibus rei æternæ, ut habet *Thomas. p. 1. summ.* *Mendoza* ait: æternitas nihil aliud est quam eminentis perseverentia in esse & *q. 10. art. 5. d. 17. met.* *Marsil. Ficin.* describit quod sit vigor quidam ipsius essentialis intellectualisq; vitæ semper quidem ipse vigens æque simulq;ve sua omnia possidens, nec amittens sui aliquid nec novum aliquando munus acqvirens. *f. 4. p. 23. ad Plotin. l. de æternitate p. 1721.*

4. Hanc Divinam æternitatem obumbrare conatus D. Thomas exemplo centri in medio circumferentiæ positi, quâ descriptione in Deo usus est Trismegistus, (de quo Autore & ejus scriptis uti etiam de Sibyllinis quid sentiendum sit exponit Casaubonus) Alii solent æternitatem exemplo Arboris in littore fluvii existentis illustrare, quæ immobilis manet licet variæ circumambiant illam & præterlabantur aquæ, ad quas tantum varios rationis respectus acqvirit: ad ostendendam interminabilis vitæ perfectam & immensurabilem possessionem. Ut habet *Carol. Franciscus de Raconis. Tr. 3. Cor-ticis Phys. s. 1. part. 3. p. m. 89. l. 8. Phys. c. 6. t. 84.*

5. Hanc Dei æternitatem quodammodo etiam intelligere & largiri videtur *Aristoteles.* Ubi primum motorem

B 5

torem

6. t. 84.

toem dicit esse perpetuum & æternum.

Uti & alii Gentilium consenserunt

In osculo De quibus vid. *Mutius Panfa*. Thales de
Ethica & scripsit Deum ὁ μὴ δ' ἀρχὴν ἔχων μη-
christana δὲ τέλ. ☉.

Phil. c. 46.

II. Formale æternitatis
est essendi interminabilitas
& continuitas simplex.

§. 6. Præmissis quoad conceptum
materiale præmittendis progredimur
ad conceptum disconvenientiæ seu dif-
ferentiam specificam nostræ definitio-
nis. Et ponimus eam in *interminabilitate*
& *continuitate essentia simplici*. Hoc
est. In *permanentiâ* non omni sed tali
potissimum quæ variationis & mutati-
onis inceptionis & desitionis incapax
& καὶ ἐξοχήν ita dicitur. Vid. hic *Men-*
doza. Interminabilitas includit omnē
tam ad incipiendum quàm desinendū
repugnantiam. Ut in *ilis* & *bilis* ex tri-
to canone potentiam dicunt vel impo-
tentiam: ita & vox *interminabilis* dicit
impotentiam ad incipiendum & *desinen-*
dum, non actualem inceptionis & *desitio-*
nis carentiam tantum. Quæ tamen
inpotentia seu repugnantia infert per-
fectionem positivam. Quemadmo-
dum alia attributa *ἀφθνητὰ* immor-
tali.

l. 17. met.

f. 4. tb. 23.

talitatem invisibilitatem attribuimus
Deo ad removendas omnes imperfecti-
ones creaturarum & ponendas perfe-
ctiones. Siquidem via $\delta\epsilon\nu\acute{\iota}\sigma\epsilon\omega\varsigma$ etiam
ad cognitionem Dei nos deducit.

§.7. Additur & *continuitas*. Quemad-
modum enim $\alpha\pi\epsilon\rho\epsilon\iota\alpha$ removet ter-
minos à & ad, ita $\sigma\upsilon\acute{\nu}\epsilon\sigma\iota\varsigma$ eia ponit fixum
& stabile $\nu\acute{\upsilon}\nu$, ut excludatur discretio
per fluxum posterioris ad prius in actu-
ali divinà essentiâ.

§.8. Dicitur insuper *simplicem*, quod
refertur E ad *interminabilitatem* & *con-*
tinuitatem, ut distinguatur ab intermi-
nabilitate *secundum quid* seu *limitatè*,
qualis est in æternitate, à quâ æterni-
tatem non distinguunt *Plato & Aristote-*
les; aut quæ concipi posset in æternita-
te participatâ quæ dependentiam secum
habet, ut paulò post eam examinabi-
mus.

9. Alii ponunt in $\tau\acute{\omega}$ esse à se, quod
tamen formaliter rationem Indepen-
dentiaè includit.

10. Alii in *immutabilitate*, quæ æter-
nitati quidem est propinquissima, imò
ab Isidoro pro eadem usurpatur, & Au-
gustino. Verùm rationis discrimen
in his admittendum.

l.7. *Etym.*

c.1. q. de

natura bo-

ni. c.39.

ii. Alii

11. Alii in *deficientiâ* sed non præcisè satis & strictè quia ea tantùm actualem termini carentiam respicit.

12. Alii in *mensurâ*, non secundum se sed nostrum concipiendi modum, ut *disp. 1. inf.* facit Pererius.

Tb. q. 10. 13. Alii in *uniformitate* quam *Pesantius*
In part. 1. vocat *præsentialitatem*, quæ proximè ac-
2. sect. 13. cedit ad interminabilitatem & conti-
quest. 5. nuitatem. ut habet Dn. D. Martini.

14. Hinc aliàs definitur ita: Æternitas est attributum Dei non operativum, quo Deus nullo tempore finiri nec Principium secundum tempus, nec finem existendi ullum habere, sed omni tempore prior & omni fine posterior citra successionem semper totus simul esse intelligitur. A *Gregorio* ita describitur, quod sit essentia divina quæ nec initio nec fine terminari, sed esse unum quod semper esse est intelligatur.

l. 16. Moral. c. 21. A *Boethio* finitur, quod sit interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio quæ definitio superius *ὅς ἐν πρῶ-
ἐγὼ* fuit examinata. Vid. (a) *D. Angelicus*, (b) *Pererius*, item (c) *Armand. de*
(b) l. 12. de Bello Visu.

Tem. c. 7. III. **Attributa æternitatis propria sunt: Infinitas, In-**
§ 9. (c) l. 2. Term. c. 63. **depen-**

dependentia, actualitas, im-
mutabilitas, Vita, perma-
nentia &c.

IV. Ab omni parte solus Deus est infinitus.

§.15. *Supra* quod nullam superius a-
gnoscat: *infra* quod omnia sint inferio-
ra: *ante* quod sit prima causa & nulla
sit ante eum: *post* quod nihil formari
possit post eum: *extra* quod nihil sit ex-
tra eum: *intra* quod suâ essentiâ & à se-
ipso sit infinitus. Ut piè loquitur &
devotè Dn. D. Kloz. Hinc æternus
Deus tam *superius* quam *inferius* in es-
sentiâ est indeterminabilis.

Tb. Nat.
Disp. 10.
Tb. 2. p.

16. Infinitas autem cum æternitate
convertitur. Ideò *Infinitus, quia ater-*
nus, & æternus, quia infinitus. Quare
à Platone Deus dicitur *αὐτοφύης* à Sca-
ligero *αὐταυτος ἑστια ὑπερῆσσι*, *θεό-*
της ὑπέρθε, *δεξι ὑπερῆσσι*
à Damasceno. Eleganter Greg. Nazia-
zenus. Est velut Pelagus quoddam ef-
fentia immensum & interminatum o-
mnem tùm Temporis, tùm Naturæ co-
gitationem superans, mente sola ad-
umbrabile & quidem perexiguè & per-
obscurè non ex his quæ in ipso sunt sed
quæ circa ipsum.

535.

ef-p. 38. 385.

17. Non

17. Non autem infinitas hîc intelligitur *privativa* ut dicitur esse in materiâ primâ, neque *indefinita*, ut concipitur in re quæ nondum est *ἄυτῶς* neque *quantitativa*, sive *potestiva*, qualis in numero & lineâ, neq; infinitas *virtualis vigoris*, qualis est in potentia calefactiva in infinitum extensa, sed *essentialis* prout ex ipsa profluit æternitas. *Infini- tum radicale* Mayronis ponit in solo Deo.

18. Infinitatem inferunt 1. *Rationes Philosophica* ut sunt 1. *Summa in essendo necessitas*, quæ quia infinita evincit Deum essentialiter infinitum. 2. *Summa perfectio* secundum omnes perfectiones quæ absolutè tales sunt sive ea quæ ratur in *essentia*, sive in *adessentia*, aut *presentia*, sive in *duratione* sive in *virtute*

1. 8. *Phys. t.* 5 *Operatione*. Hinc *Damasceus* Deum vocat *ἄλειον ὑπετέλει καὶ μετέλειον*.
9. 12.
Met. t. 4. l. 3. *Aristoteles* probat ab infinitâ motione. Quamquam ea probatio non adeò bona, tamen *Ethnico* est digna. Ideò tradit ex mente *Anaximandri* primum Principium rerum omnium infinitum esse. Quod *Platonem* & *Aristotelem* intellexisse testantur (a) *Eugenius* & (b) *Ficinus*. Quod intendit *Trism.* quando describit DEUM per circulum
3. *Phys. t.* 30.
(a) *l. 4. de Per. Phil.*
c. 1. 2.
(b) *l. 2. de immortal.*
Dei c. 3. p. 58.

culum cujus medium est in centro, &
circumferentia ubiq; & *Pythagoras*, qui
adumbrat divinum esse per excessum.
maximorum numerorum supra proxi-
mum quam definitionem citat *Dn.D. p. 1. LL.*
Chemnitius. art. de

2. *Scriptura Oracula*, quæ pro re *Deo c. 3. p.*
natâ sine μεταβάσει in Philosophicâ 58.
Disputatione adduci possunt v. g. in
Chronologia & historiis: sic & hoc lo-
co ex Ps. 145. 3. ubi dicitur quod magni-
tudinis ejus non sit ∞ investigatio,
quod infinitam Ter-maximi immensi-
tatem denotat. Ita infinitam bonita-
tem, sapientiam, misericordiam de-
prædicat ubiq; Spiritus Sanctus. Ita ut
cum S. Thomâ meritò ingeminandum
nobis sit: Pulvis sumus nos quid ad to-
tam domum, quid domus ad civita-
tem, civitas ad provinciam provincia
ad imperium, imperium ad universam
terram hæc ad cælum multò minus nos
ad Deum infinitum.

V. *Independentia* est at-
tributum Dei $\alpha\iota\epsilon\nu\epsilon\rho\gamma\eta\tau\omicron\nu$, quo
dicitur non egere alio se es-
sentialiter priori ad suum es-
se, à quo sit, sive pendeat.
Ubi independentia accipitur
non

Opusc. 2. c.
18.

Theor. tr.
disp. XIII.
Tb. 23.

non definitè & inhæsiuè sum-
ta prout est negatio subjecti
sive alicujus præsuppositio-
nis ut Angelus potest dici
independes scilicet à materiæ
concretione : sed ἀπλῶς, &
absolutè prout est negatio
præexigentia causarum pro-
ducibilium ut dicit accurate
Excellentiss. Dn. Præses.

10. In definitione notanter dicitur.
*Non egere, alio se essentialiter priori ad su-
um esse, à quo sit.* Videt hoc ad id ubi
Deus dicitur esse à se non quatenus posi-
tivè influit, repugnat enim essentiam
Dei factibilem dici: ita enim à non ef-
se ad esse productio in Deo admittere-
tur, & ita Principio non careret ut ait
justinus, sed conceptu quodam *negativo*
quatenus excludit τὸ *esse ab alio* sive cum
ampliatione sumatur, sive cum tempo-
ris *commotione*.

20. Quomodo etiam res simplices
individuari à se dicuntur non quasi per
influxum positivum tribuant sibi ipsis
esse singulare, sed in sensu negativo
quod non habeant Principium, unde
acci-

accipiant singularitatem. Aliàs nihil per seipsum fieri potest quia quicquid fit posterius est eo per quod fit, & nihil est posterius seipso. *Anselmus* habet.

21. Deus solus non est ab alio & idè etiam *Increatus* dicitur. Quà voce nolim intelligi acceptionem *prorsus negativam* quàm gaudent ipsa etiam in cõpõsibilia & non Entia, sed *inclinantem ad sensum quasi positivum*. Neque tamen etiam hic cum Aristotele dicendum est quod ipse se creaverit Deus. Sed in hoc acquiescendum, quod sit Deus *αὐτῶν τῶν* eum Scal. & *αὐτῶν καὶ αὐτῶν* Quis.

22. Dicitur autem Deus *per essentialiam Independentem*. Atque ita expressio- re entis conceptu absolutè primus est, & essentialiter independentiam exel- lentiaè continet, quatenus ex vi suæ es- sentiaè habet esse receptum ut loquitur *Suarez & Vasquez*. Quo ipso excludi- tur ens per participationem quod suam essentialiam à superiore efficiente accipit de quo *Scheiblerus*. (a)

Quandoquidem ens *participa- tum* sit ens *creatum*. Quod observent *Zwingliani* qui potentiam mediam in- ter finitum & infinitum faciunt, æq; ab- surdi atq; ipsi *Photiniani*, qui aliquod

C

crea-

Monol.

28.

ille 18. met.

sect. 1. n. 13.

hic disp.

met. 4.

(a) l. 1. c. 13.

Art. 4. §.

33.

creatum nec increatum audent pronun-
nunciare. *Non est particeps substantia De-*
us participatur enim magis quam partici-
pat. Ut observat origines contra Cel-
sum. Quomodo removetur æternitas
participata, ab æternitate strictè à me
h.l. accepta.

1.6.

VI. Summa actualitas
est quâ Deus intrinsecè ex-
pers omnis potentiæ passivæ
ideoq; purissimus & perfe-
ctissimus esse concipitur.

4. Dicitur purissimus à quo exulat.

1. *Omnimoda materia* ita Ari-
stoteles Intelligentias pu-
ros actus nuncupat. Sed non
satis commodè.

2. *Omnis omninò passio*, sive
possibilitas quæ est à non esse
ad esse, vel ab esse ad non
esse.

3. *Omnis compositio*, tam Phy-
sica & mathematica quam
Metaphysica.

4. 0-

4. *Omnis* contingentia scilicet
in entitate. Hinc si dicatur,

Deus non est, diceretur
idem simul esse & non esse.

25. Ideò verba Sealigeri mea facio,
qui solus, inquit, simplex est, in quò ni-
hil in potentia sed in actu omnia imò ipse
purus, primus, medius, & ultimus actus.

VII. Immutabilitas est,
quà essentia divina in se,
& sua entitate, necessariò
omnis mutationis expers es-
se intelligitur.

26. Intelligitur hic immutabilitas,
non *complexionalis* quàm ratione Proposi-
tiones æternæ veritatis dicuntur im-
mutabiles, neq; *privativa* ut coelorum:
sed *realis & negativa*. Negatur autem
omnis etiam aptitudo ad mutandum,
tum *ratione potentie* sive *intrinsecæ* sive
extrinsecæ, scil. *passivæ*; tum *ratione es-*
sentie cum non possit non esse tum ra-
tione *accidentium*, omnium. Ideò
sola substantia vel essentia quæ Deus est
incommutabilis est: Colligimus cum Au-
gust. Qui etiam alio in loco ait: *sem-*
per aliquid vivit tamen, si mutabilitatem
patiatur non propriè æternum appellatur.

Exerc. 6.
sect. 2.

l. 5. de
Trin. c. 2.

C 2

Idem

Idem. Deus, inquit, aeternitate immutabilis angeli verò facti sunt.

27. Dicitur in definitione *in se*. Ut occurratur Objectioni de actionibus transeuntibus, quæ non sunt in agente sed ab agente. v.g. Creatio Dei in Deo mutationem non facit, quia in Deum non recipitur *intrinsecè*, sed ab eo est, & *ad extra*.

disp. 15.
met. sect.
2. §. 18.
opusc. 48.
tract. 5. de
Prædic. ad
aliquid
c. 2.

28. Dicitur in *sua entitate* ad excludendas *relationum mutationes*: Relationes enim reales realiter à fundamentis non differunt juxta *Hurtadum de Mendoxa* neq; novam rei entitatem *intrinsecè* & essentialiter superaddunt, sed coexistentiam novi termini entitati illi omninò extrinsecam ponunt, ut docet *Thomas de Aquinas*. E. nec mutationem ullatenus inducunt. v. gr. *Dominium Dei omnipotentis* est relatio realis in Deo, nihil in Deo infert, quæ coexistentiam *Creaturarum* dependenter ab essentiâ divinâ consideratarum. E. nullâ ratione mutationem infert.

29. Dicitur *necessariò*, quia Deus est *Ens necessarium* contra difficultatem huic immutabilitati oppositam. *Quomodo Deus esse possit immutabilis & tamen liber?* ad quod responsum est à Philosophis & Theologis quod actus ille

ille liber in Deo non sit ratione sui, cum sit necessarium quid, sed ratione principii & objecti, quod in Deo non facit potentialitatem sed indifferentiam dicit sine tamen mutatione, sine additione, & diminutione.

30. Dicitur *omnis Mutationis*. Intellegitur enim non tantum, substantialis qua vel essentia acquiritur per creationem ac generationem vel amittitur per corruptionem & annihilationem sed etiam accidentalis, localis, immo mutatio cognitionis voluntatis & decreti de qua re Dn. Kloz. prolixè & nervosè. *l. 1. ad ver. Marc. c. 8.* Uti & *Tertullianus*. Non habet, ait, æternitas tempus, omne enim tempus ipsa est. Caret ætate, quod non licet nasci. Deus si est vetus non erit. Si est novus non fuit. Novitas initium testificatur, vetustas finem comminatur. Deus autem tam alienus est ab initio & fine, quam à Tempore arbitro & metatore initij & finis.

31. Non desunt qui denegarunt Deo glorioso immutabilitatem soli semper & uni propriam ut fuit Secundinus Manichæi Discipulus de quo *August. Vorstius*. (a) *Piscator in Notis ad Vorstium* de Deo. Ultimum refutat Ipse in aliis propugnator ipsius (c) *Zanobius*. Omnes Scripturæ monumentis re-

(a) Tom. 6. col. 126.
(b) lib. de Deo & attrib. D. p. 112. (c) l. 2. de Natura Dei c. 4.

tis refutantur à Nostris orthodoxis
Theologis.

32. Nos munimenta rationis sub-
nectimus & argumentamur

1. *Quodcumq; est summè actuale, illud est
immutabile.*

Deus est summè actualis.

E. est immutabilis. Major proba-
tur quia potentia passiva radix est sola
atq; unica mutationis, quæ à Deo pla-
ne exulat, & ex actualitate profluit im-
mutabilitas, uti superius *Tb. 6.* cum ipsâ
hujus. Minoris probatione edocui-
mus.

2. *Quodcumq; est independens, illud est
immutabile.*

Prius est in Deo. E. Et posterius.

Major suâ luce radiat. Cum muta-
tio sit actus mutantis in mutabile rece-
ptus. Nam *πᾶν κτισὸν μόνον ὑπερῶτον*
ἔστι. Ut ait *Damascen.* Minoris pro-
bationem offert *Tb. 5.*

3. *Quod est summè perfectum, est
prorsus immutabile.*

Deus est summè perfectus. E. Pro-
positio suo persistit pondere; cum Mu-
tatio non fiat, nisi vel in melius, vel in
deterius. Nunc demum addive nihil pot-
estenti perfectissimo, qualis est Deus
perfectissimus. Ut assumptio constat ex
antea dictis.

4. *Cui-*

4. *Cuicunq; nulla variationis species
competit eidem nec ipsa mutatio.*

*Sed Deo nulla mutationis species
competit. E. nec ipsa.*

Ratio Minoris est invictissima su-
umq; robur ab omni Instantiarum ictu
facile vindicat. Stat enim fundata su-
per Canonem Philosophicum: Remo-
tis speciebus tollitur quoq; genus. Mi-
noris probationem suggerit §. 30. *hujus
Tb. 3*

3. Concludimus ergo esse Deum
immutabilem *in se* & sua essentia quod
velit facere sine tamen mutatione &
alteratione, sine prioritate causæ
& potentialitate, nihil acquirere,
nihil amittere, summè independen-
tem, summè actualem summè perfe-
ctum summè immutabilem sub u-
niversi orbis mutatione & annihi-
latione permanere. Et cum Augusti-
no exclamamus. *Æternitas Dei sub-
stantia est quæ nihil habet mutabile. Ibi
nihil est præteritum nihil est futurum quod
nondum sit sed non est ibi nisi sit.*

in Ps. 101.

Conc. 2.

Et l. 1. de

verà reli.

c. 49. Et l.

6. de Tr. c.

ut.

VII. Interminabilitas &
Incircumscribilitas, quâ
essentia divina nullo limite
finiri, sed ubiqve omnia &

C 4 fin-

singula loca penetrare & replere significatur.

§.34. Intelligimus interminabilitatem non *predicationis* sed *essentia*. Secundum quam Deus indeterminatus *negativè* dicitur, hoc est *neg₃ ut hujus, neg₃ ut hoc*: seu *neg₃ per materiam neg₃ per suppositum neg₃ particulare aliquod*. Qualis affectio nullâ ratione in Angelos cadit.

IX. Vita quâ essentia divina actualissimè vivere intelligitur

35. Dicitur *actualissimè* ad removendas omnes imperfectiones vitæ creaturarum ab ente perfectissimo. Quæ vitæ perfectio non *etatis* est sed *durationis*, ut distinguunt Philosophi. *Ætas* enim cum mutabilitate conjuncta est. *Semper aliquid vivit*, ait Augustinus, *tamen si mutabilitatem patiatur non propriè æ-*

ternæ. 3. l. *ternum* appellatur. Hinc Plotin æternitatem per ζωνὴν μόνουσαν definit. vid. 14. dist. 7. Suarez. disp. 30. & Dn. D. Martini.

Part. Met.
quest. X.
p. 688.

X. Permanentia de quâ
Art. gen. sect. 2. q. 3. Hujus.

Sectio

Sectio Secunda Elenctica.

I. Utrum æternitas lumine naturali sit cognoscibilis?

Pro affirmativâ argumentamur.

Quodcumq; Gentiles solo Lumine Naturali instructi non omninò ignorarunt, illud lumine Naturali quodammodo est cognoscibile; Æternitatem Dei gentiles solo lumine naturali instructi non omninò ignorarunt. E. æternitas Dei lumine naturali quodammodo est cognoscibilis.

Majorem negatum ibi nemo nisi lumine naturali captus. Minorem astruunt infinitæ ipsorum confessiones quas hac in re naturaliter notas urget Apostolus Rom. I. v. 20. Sane Philosophus ille *ταῦτα*, inquit *χρὴ καὶ περὶ θεοῦ* *de mundo*
ἀγνωεῖσθαι δυνάμει μὲν ὄντος ἰχυροῦ *s. b.*
τάτου καὶ λειπῆς εὐπεπιστάτου ζωῆς ἀθανάτου. & alibi ubi Deum sempiternum dicit. Cæterum *Plutarchus* in *I Met. 12.*
sive & osiride narrat in urbe Saitide statuam Palladis exstare hæc inscriptione:
ἐγὼ εἰμὶ πᾶν τὸ γεγονὸς, καὶ ὄν, καὶ
τὸν ἐμὸν πῆπλον εἶδεις πᾶσι θεοῖς ἀπεκάλυφεν. Idem habet & Plato quæ
etiam dixisse dicitur veteres æternita-

C 5. *tem*

tem Dei expressisse hoc versu. Deus
Principium finem mediumq; omnium
habet: item ἐγὼ εἰμὶ ὁ ὢν. Et Thales in-
terrogatus quid Deus sit, respondit
ὁ μὴ δῆχην μήτε τέλει ἔχων. Ita
in foribus Templi Apollinis extat ἔϊ.
Tu es. & oraculū ad Regē quendā Ægy-
pti de Deo dixit. ἔ κρείττον ἀθανάτων.

apud Sui-
dam.

l. 8. de C.
D. c. 11.

Quæ duo vocabula κρείττος unicum
designat, de quo Philologi. Videatur
Augustinus & Ludouicus viues super
hunc locū. Unde non incongruè Iphis
etiam Ægyptiis *circulus*. Deū represen-
tabat. Inde q; *Draco caudam vorans su-*
am, Ægyptiacis Pyramidibus insculpi
solet, ad designandam individuum &
æternam diuinarum rerum circumacti-
onem. Si quidem & Draco in Ægyptio-
rum Numinibus stat. De quibus A-
nastas. *Sinaita* l. 1. Hæxaēm & Plato. *Chal-*
dæi Circulo æternitatem Dei explicant.

in Tim. p.

529. In

Parmen. p.

60.

l. Inferius

c.

per suum, ὅ ubi (τ) concludit &
colligat quæ si essentiam divinitatis ut
annotat Petrus Galatinus. Hodierni et-
iam Turcæ singulo mane religioso zelo
ex altissimā Speculā vociferantur, *De-*
us semper fuit semper erit. More desum-
to à Persis qui editissimas Turres ascen-
debant, & ibi Deum *cæli circulum* de-
clamabant & declarabant!

Id

Id quod innuere videntur *rotunda*
Templa veterum : ut Numæ Pompilii
provestâ Deâ qui etiam statuit ut De-
um adoraturi in *orbem circumgyraren-*
tur. Item *Templum Augusti Caesaris Di-*
is omnibus sacrum.

Qua de causâ Pythagoræi jubebantur
corporis circumactu adorare. Sed qua-
lia hæc sint, aut unde derivata altioris
est indaginis nos ne ultra lineas evage-
mur id non inquirimus.

II. Quomodo probari possit Dei æternitas rationibus Philosophicis?

§. I. Ad æternitatem divinam per-
venitur viâ triplici.

1. *via negationis* quando à Deo remo-
ventur successiones creaturarum. Hinc *p. 1. summ.*
à Thoma dicitur *duratio*, que nullam *q. 10. art. 5.*
successionem admittit, neq; in esse, neq; in
propriis, & internis actibus.

2. *via eminentiæ*: quâ de Deo eminen-
ter enunciamus æternitatem, quæ in
rebus caducis tantum quodammodo
concipitur. *v. gr. in cœlo, Angelis & a-*
nimabus nostris. Itaq; ab Hurtado
finitur, *quod sit eminens perseverantia in*
esse.

d. 17. Met.

3. *via l. 4. §. 23.*

3. via Causalitatis quoad affectiones & actiones infinitas.

2. Attributa Dei per modalem quandam inferentiam aeternitatem Dei comprobant:

Quia infinitus est Deus ideò immutabilis, quia immutabilis ideò increatus, quia increatus ideò à se, quia à se ideò Independens, quia independens ideò prima causa & primus omnium, quia primus omnium & ultimus omnium ideò aeternus.

3. Quae omnia tamen etiam tripliciter cognoscuntur

1. via virtualis continentiae

2. actualis efficientiae.

3. finalis concupiscentiae. illud ideam, istud efficientem, hoc finalem in Deo causam declarat. Quia nimirum Deus omniscius producendorum ideas & exemplaria concipiat Ipse producat, & ad ipsum tanquam summum bonum producta dirigat. Quà de re in disp. de Increato vid. Adm. Rev. Excellentiss. Dn. Praeses. (a)

Quod ad Epitheta Scripturae & Paraphrales deniq; videantur ea apud Dn. D. Kloz (b)

5. Notatu dignum est Philologematis loco Argumentū Petri Galattini (c) qui ex nomine יהוה tetragrammato a-

(a) Theologia sua
disp. 13. S.
51. 52. seqq.
(b) in disp.
Spur. de aeternitate.
(c) l. 2. de arcanis
catholicae
Veritatis
10.

ternitatem Dei astruere laborat. Dicit
in hoc nomine contineri Præteritum
יהיה fuit: Præs. יהיה est, & Fut. יהיה e-
rit. Alii more Cabbalístico putant
hoc nomen ex affirmativis litteris de
æternâ duratione explicari, quia הוּ
nota Præteriti וְ Benoni seu præsentis,
verò Futuri.

6. Nos salvâ cujusq; sententia tan-
tum largiri non possumus. Concedi-
mus tamen Nomen hoc ab יהיה deriva-
ri. Hinc illud R. Mosis Gerund. dicit
in Deo significare existentiam quæ nec
præteriit, nec præteribit Quod Spiritus
S. innuere voluit voce אהיה quod
redditum à Paraphraste in אהיה
Ego ille qui sum, & qui futurus sum. *Ex. 3. 14.*

7. Cæterum in Bibliis Gallicis reddi-
tur hoc vocabulum per Gallicum ly
Eternel. teste Zanchio quod etiam æter-
nitate Dei ipsa notatione & Etymo-
logia innuit.

*de attrib.
Dei l. 2. c. 3.*

III. An Materia prima Peripateticorum sit æterna.

1. Ad evolutionem hujus quæstio-
nis repetendum est monitum pl. Rev.
Excellentiss. Dn. L. Scharffi. Frustrâ in
quæstione *l' est* laboratur ubi non cer-
tò constat *quæstio est*. Quoad ma-
teriam

*Tb. Transf.
Disp. 1.*

*teriam primam ejus tō an sit maximè du-
bium redditur, si ea extra elementa sta-
tuatur aut alia ab elementorum mate-
ria vel talis sit, prout à Peripateticis In-
terpretibus venditatur, de qua ait Ex-
cellentiss. Dn. Sperlingius: Figmentum
in Instit. est illa materia prima nondum satis proba-
Phys. p. 60. tum nedum satis explicatum. Jam si fig-
mentum est quomodo illi poterit attri-
bui duratio, siquidem res ficta non du-
rant ut ait adm. Rev. atq; Excellentiss.
Dn. D. Mart. Adeoq; nisi genus, multo
part. Met. minus species ei poterit attribui. Cum
p. 1105. de quo genus negatur, de eo ipso etiam
Ep. 1106. negentur omnes species.*

*posterior. a-
nal.*

2. Tenendum tamen quod hanc quæ-
stione contineantur aliæ. scil. *Utrum
universale, incorruptibile sit æternum?*
Quam quæstionem Philosophus ex na-
tura universalium sic resolvit, ut statu-
at *Universalia propriè ac per se non dura-
re, necesse sine singularibus.* Alienum
ab instituto est, quando Aristoteles di-
cit: *Universale est æternæ veritatis. In-
corruptibile dicitur tam ex parte materiae,
ut in cœlo quam ex parte formæ ut in a-
nima & cause efficientis, ut in Adamo.*
Adde *incorruptibile quod ut vocant mate-
riam primam.* Neutrum est æter-
num. Absardi prorsus sunt Philoso-
phi

phi qui αὐτοὶ Φιλοσόφως statuerunt Deum
esse materiam primam. Cujus opinio-
nis Alexandrum quendam Epicuræum
facit Autorem Albertus. Daviden de Di-
nanto Hæreticum Thomas. Manichæi
etiam nimis hic delirant. Ut observa-
vit (a) Niceph. quæ omnia videantur a-
pud (b) Pererium abundè refutata. Nos
dicimus hanc quæstionem Philosophū
potius negare, cum mutationes perpe-
tuæ universalem tandem omnium re-
rum quæ in mundo sunt interitum pro-
babiliter edoceant: si animam huma-
nam excipimus cui ævum, non æterni-
tas tribuitur. Verum utiqve mun-
dum hunc si Deus influxum suum con-
servativum subtraheret nunquam, per-
petuò duraturum esse: ita etiam corpus
humanum si æternum nutriretur & hu-
midum radicale in perpetuum restau-
raretur per quandam æquivalentiā in-
corruptibilitatem & æternitatem indu-
eret quemadmodum navis Tesei duras-
set, si deciduas partes perpetim supplē-
vissent Athenienses. Sed hic divini-
us quoddam nisi Christiano attenden-
dum est. Ex quo fundamento etiam
Proclo de mundi æternitate sollicito re-
spondetur. Dicimus hic quod à parte
ante creatio mundi, & à parte post inte-
ritus

1. Phisic.
tract. 3. c.

13.

p. 1. q. 3.

art. 8. § 1.

l. c. gentes

c. 17.

(a) hist.

Eccl. 1. 6. c.

41. (b)

Phisic.

5. c. 12.

part. 1.
Phil. sobr.
sect. 3. qv.
ph. q. 1. &
q. 2. c. Tim.
plerum &
materia-
rios.

l. 2. exerc.
theor. 5. &
seqq.

r. de Ju-
vent.

ritus ejusdem sint Articuli fidei edocti
id à B. Meisnero. Cum quo etiam di-
cimus quod non intelligendo credatur, sed
credendo intelligatur. Itaq; ad τὸ πρῶτον
non ad τὸ δεύτερον spectat. Consule
pl. Rev. & Excell. Dn. Præsidentem Præcep-
torem & Fautorem meum singulariter
observandum. Theoriæ Transcenden-
tali Disp. XIII. q. 1. ubi citat etiã Ex-
cellentissimum Philosophum atq; ad-
modum Reverendum Clarissimum
Theologum Dn. Jacob Martini.

IV. An sola æternitas sit duratio?

§. 1. Pro affirmativâ pugnant qui
dicunt (1) ævum & tempus esse partes
æternitatis ut hora & dies partes sunt
diei. (2) Non posse sine insigni absurdi-
te duas durationes simul existere, nisi
una sit pars alterius. v. g. duæ horæ duæ
dies, duo anni &c. 3. adducunt testi-
monium Ciceronis. Ubi tempus dicit
esse partem æternitatis. Cum annui
mensium, diurni nocturnivè aliquâ si-
gnificatione.

2. Sed distinctis his argumentis di-
stinctè respondetur.

(1) Primum est indirectum petitum
ab instantiâ dissimili. Cum ævum &

Temp-

Tempus sint species tam à se invicem quam ab aternitate distincta, dies, autem & hora sint partes tantum Temporis, Et quidem hora quæ abscindit partes aliquas à die est pars diei heterogena. Inique etiam quæcunque illustrationes adducuntur re nondum probata.

2. Utique duratio una potest alteri coexistere. Ita hoc corpus durat, hic Angelus durat, sua utrumq; durationes sine inconvenientia.

3. Cicero verò loquitur pro suo concipiendi modo, atq; adeò de mentali divisione in partes. Nobis verò negotium est cum reali. Neque *κατὰ ἀνθρώπων* argumentari evincit quicquam in re ardua. Cicero, Plato & Aristoteles veritatem habent Antefignanam, à quâ si deviant nemo sine periculo eos sequitur. Non quis quid dicat videndum est, sed quid quis dicat.

3. Adeoq; dicimus Aternitatem strictè acceptam atque à reliquis durationibus accuratè præcisam per propriam formalitatem & affectiones quas habet esse contradistinctam speciem, ævo pariter & Tempori. Ut docent Honoratissimi nostri, Domini Præceptoris Dn. D. Mart. & Dominus L. Scharfius. Ubi inter infinitam & finitam

(a) Part.
met. l. 2.

D

du-

sect. 13. p.
1095. (b)

Theor.

Transc.

part. gen.

Disp. 9. p.

1269.

Exer. 3 67.

sect. 2.

l. 15. de

mundi æ-

ternitate

c. 10. seqq.

l. 12. de C.

D. c. 11.

l. 1. c. 16. n.

98. seqq.

durationem distinguit & ita species op-
positas subinnuit.

5. An dari possit æternitas participata?

1. Disputant hæc de re Scholastici & eam *ἀτέργως* aut modo quodam Analogico Æternitatem dici posse asserunt. Describunt eam per non *repugnantiam de novo esse aut terminari licet ab æterno*

in æternum duret. Hinc Scaliger. *Nihil interest, ait, semperne fuerint mentes immateriales; an esse coeperint aliquando.*

Quemadmodum & Pererius disputat: id quod ab æterno creatum esset à Deo, esse etiam æternum.

2. Nos de Angelorum creatione certi, duas non dari coæternas essentias c. Scaligerum statuimus. Ipse August. ait.

Angeli etiamsi ab æterno creati essent non essent coæterni creatori. Et quid est æternitas participata, nisi æternitas non æterna.

De visione beatifica quod objiciunt, uti etiam de Lumine gloriæ Thomas, Pererius & Jesuitarum alii, videatur

refutatum apud Dn. Scheiblerum.

An de ratione æternitatis sit successio. n. Calov: q. 160: Armin: p. 98. q. 1. Thot: n. 7. Mar: Armin: p. 27.

Seçtio

Sectio Tertia Porismatica.

I. Aeternitas Dei à Deo
realiter non differt sed tan-
tum formaliter.

1. Alias compositio in simplicissima
Dei essentia esset statuenda vid. ex essen-
tia ejus & supervenientibus attributis.
Vid. Suarez. & alii.

2. Assurgit hic August. *Non aliud an-
ni Dei & aliud Deus, sed anni Dei aeterni-
tas Dei est & aeternitas Dei substantia Dei
est.* Item. *Non alio magnus, alio Deus
est, sed eo magnus quo Deus quia non est
illi aliud magnum esse aliud Deum esse.*
*Eadem quippe ejus magnitudo est quae vir-
tus, & eadem essentia quae magnitudo. Ut
& alio in loco: Voluntas, inquit, & poten-
tia Dei est Deus, aeternitas quoque Dei divi-
na essentia est.*

*Diff. 30.
met. sect. 6.
super Ps.
101. Ps. 13.
l. 7. de Tr.
c. 1.*

*l. 7. quest.
c. 4.*

II. Unum est aeternum
idque solus Deus.

1. Duo hic probanda sese offerunt,
Aeternitas & unitas Dei. Prius expedi-
tum est in Problematibus. Posterius
sic probatum do.

1. *Non possunt esse duo infinita neque in na-
tura neque extra naturam sicut habet Scal. sect. 3.*
Si enim plura sunt infinita, plura sunt

*Ex. 359.
sect. 3.*

æterna & plura prima. V.gr. Nume-
rus simpliciter primus simplici etiam
unitate definitur, & fit binarius si uni-
tati addatur unitas. E. nec possunt esse
plures Dii.

2. Si plura dantur infixa sunt vel æqua-
lia vel inæqualia vel coordinata vel sub-
ordinata. Sed non subordinata, Quia in-
ferior causa limitatoris est virtutis atq; su-
perior. Deus autem est aliquid in virtu-
te agendi illimitatum & independens.
Nec coordinata, quia sic rerum ordo turba-
retur, quandoquidem ex Æqualibus
Principiis alterum referri non possit ad
alterum. Cum expressè Aristoteles ha-
beat, universi bonum consistere in de-
bito ordine suarum partium. Sed non
potest haberi ejusmodi bonum, nisi in
eo sit unus aliquis Princeps supremus &
Gubernator ejus, qui simul sit extrinse-
cus & ultimus finis illius à quo e-
manet & ad quem tendat intrinsecum
bonum, ordinem nimirum requirit
Ducem, qui majus bonum est totius
exentus Unde Homerus ἐκ ἀγαθόν
πολυκοιρανίης κείρανθ' ἔστω.

(2.) Gentiles testantur hanc unitatem,
hinc Rom. 1. habetur quod cognoverint
Deum licet non glorificaverint Sophocles
dixit. Unum profectò numen, unus
est

12. met.

est Deus. *Et Plato ad Dionysium. Serie
Epistola initium est Deus non serie Dei.* Scri-
bit etiam de Socrate Præceptore suo, e-
um hoc quasi martyrio obiisse quod fu-
erit *unum Deum* confessus. Hinc Aug.
Doctrina, ait, Gentilium quædam mo-
rum Præcepta utilissima continet, de-
que ipso *uno Deo.*

3. In æternis non differt esse à posse.

Sensus est. Quicquid in Deo esse pot-
est id ipsum est. Quia Deus purus est a-
ctus & summè actualis. Argumentor.
Si nullum instans assignari potest, in
quo talis res independens possit esse an-
tequam sit, utiq; non potest admitti po-
tentia nisi etiam actus concedatur. Nā
potentia præsupponit causam, per quā
à potentiā deducatur ad actum. Nunc
causam non habet causa sine causā Prin-
cipium sine Principio, & finis sine fi-
ne. Nolim tamen Potentiam hanc in-
telligi ad extra & activam! quàm hic
non nego. Utiq; multa potest facere
Deus quæ nec fecit nec faciet. Sed passi-
vam & ab intra.

Caput Secundum.

De Ævo.

Sectio prima proponens Theses.

THES. I.

Ævum est duratio rerum
creatarum finaliter quoad
essentiam indefectibilem.

§. I. Evolvenda hic iterum. I. *Homonymia* sumitur.

Vel in genere pro omni duratione ipsius tam aternitatis quam temporis. Sic homo dicitur homini coævus, vel in specie tum pro aternitate, Nomen Domini manet in ævum; tum pro duratione rerum supra coelestium ex mente Aristotelis: Ea quæ extra coelum sunt inalterabilia & impossibilia esse & αὐταρξέστερον ζῶντων αἰώνων habere, tum pro tempore v.g. velox ævum traducere, vel propriè pro duratione quadam inter aternitatem & tempus mediâ & ita huius loci est.

*la. de celo
6.9, t. 100.*

II. *Paronymia. αἰών* dicitur ἀπὸ τῆς αἰῶναι quasi αἰεὶ ὢν.

THES. II.

Formalis ratio Ævi consistit in finali quoad essentiam indefectibilitate,

§. 2.

§. 2. Evolvenda hic definitio realis.
Genus est duratio non infinita sed finita
scil. à parte ante tantum non absolute.
Differentia est indefectibilitas quoad essen-
tiam finalis. Dicitur quoad essentiam, quo
Natura ipsius intrinseca innuitur, nam
extrinsecè ratione potentiae divinae ab-
solutae res etiam aeviternae corrumpi
possunt. Quod in successione hæc diffe-
rentia poni non possit commodè neque
in mensurâ neque in Naturalium à super-
naturalibus distinctione, neque in actuali
Principio & carentiâ finis tantum multis
refutatum videatur apud Dn. Scheibl.

l. i. c. 16.

III. Aevo durant Angeli & animæ rationales.

§. 3. Hæ enim sunt res creatæ quoad
essentiam & durationem indefectibi-
les & incorruptibiles finaliter.

Sectio Secunda componens controversias.

I. Utrum ævum sit duratio!

1. Immediatam durationis divisio-
nem in æternitatem & Tempus Simple-
rus somniat. Probat quia in Scriptu-
ra passim opponuntur æterna & Tem-
poralia. in germ. Zeitlich und Ewig. A-
ævum dicit æternitatem sed limitatam.

l. i. met. 6.

§. in Theor.

q. 4.

2. Verum respondemus ipsi h. l. in voce
æternitatis & temporis hæere æquivo-
cationem. Nec absurdum plana, ali-

D 4

999

quo modo ævum sub æternitate, aliquo sub tempore contineri, cum lata sit acceptio non præcisa & accurata. Hinc Scalig. *Supra tempus*, inquit, *alia nobilior est ætas quod ævum nominamus. Est autem supra tempus quia supra motum. Nam prima intelligentia movens tametsi dicatur esse cussa tempore tamen Dominæ est temporis.*

II. An Peripatetici durationem finaliter indefectibilem admittant si habeat Principium?

Videtur quod non. Hoc habent Principium: Quicquid incipit esse desinit esse. Quicquid æternum est post, æternum etiam est ante, sed alii aliter disputant, & naturam spiritualis substantiæ urgent, quæ incorruptibilis est, de quibus alibi. Nunc alio præter Naturæ paginas volumine edocti deducimur ad cognitionem ævi Angelici.

Sectio Tertia. Exponens Canones.

dial. 3. de amore.

I. **Ævum est medium inter æternitatem & tempus.**

Leo Ebraeus dicit: *Ævum in temporis & æternitatis confinio collocatū est. Ab æternitate distinguitur quod ea omnimodam*

nimodam mutabilitatem tum quoad sub-
stantiam tum quoad accidentia excludat,
tempore verò quod utramq; includat.

3. Ævum est rerum spiritu- alium creaturarum.

Scil. In intuitu essentia spiritualis,
nullâ ratione habitâ ad operationes,
quæ terminaliter finitæ esse possunt Cœ-
lonā τῶν ἀσφραγισμένων ascribitur.

3. Angeli sunt immortales.

Confirmatur. (1.) quia non in tempo-
re. Mors autem & corruptio ad tem-
porales mutationes spectant. (2.) quia
nihil ipsis est contrarium & (3.) quia ex
principiis solubilibus non constant, sunt e-
nim simplicissimæ substantiæ. Ideò

Damasc. ἀθανάτων attribuit Angelis,
Angelus inquit, est essentia simplex natu-
râ immortalitatem divinitus consecuta.

l. 2. de fid.
orth. c. 3.

Quomodo autem hic alij aliter loquan-
tur alibi explicatur.

4. Animæ sunt immortales.

Argumentamur. Quodcunq; ex-
tra materiam operatur est immortale,
Nam solis materialibus competit cor-
ruptio.

Jam anima extra materiam opera-
tur, puta intelligendo. Quod vel in
Ecstaticis patet. E. Ex qua ratione Phi-

In Exerc.
l. 2. Tb. 8.

lofophicâ etiam Aristoteles Intellectû a-
gentem dicit ἀθανάτων καὶ αἰδίων. Vid.
Dn. D. Mart.

5. Angeli Inceperunt esse;
Sunt enim finiti spiritus.

Sed τὸ ὄν in inceptionis assumimus
τὸ πότε æquo animo nescire volumus.

CAPUT Tertium.

De Tempore.

Sectio Prima Exegetica.

I. Tempus est duratio re-
rum à parte ante & à parte
post defectibilem.

§. 1. De Voce & ejus significationibus
ambiguis videatur Dn. Scheiblerus.

§. 2. Nos hic Temporis quid-
ditatem considerabimus.

Accipimus autem *non Physicè* prout
est tantum mensura motus Corporibus
naturalibus competens, & quod tan-
tùm unum est. Sed *metaphysicè* prout
intrinsecè ens afficit, prout ad ipsos et-
iam actus spirituales extenditur & pro
varietate entium suam etiam duratio-
nem multiplicat, ut alia sit duratio A-
lexandri, alia Bucephali.

II, Res

II. Res ab ante & post defectibiles sunt omnia natura corruptibilia omnes reru naturalium motus & rerum corruptibilium essentia Ipsae etiam operationes spirituales.

§.3. Tempore ergo durant res successivae quoad motum caeli. Inde etiam res instantaneae ab alijs dicuntur durare idque patere putant, in substantiali generatione & productione quae actio in indivisibili perficitur.

4. Deinde essentia & motus rerum corruptibilium in ipsa defectibilitate conveniunt. Ergo etiam in mensuratione Temporis quod est rerum defectibilium duratio.

5. Quod detur etiam tempus in actibus Spiritualibus, demonstratum est C. Antec. sect. 3. Ax. 2.

Sectio Secunda Erotematica.

I. An Solum Tempus sit in quando Metaphysico?

Negativam approbamus. Quia utique ævum in illo continetur, licet æternitatem propter suam, quam habet eminentiam, hinc excludamus.

2. U

2. Utrum tempus sit species quantita-
tis?

Dicimus quod non: Argumentum
est.

Quod per accidens quantum est non
est species quantitatis. Tempus per
accidens quantum est. E. non est species
quantitatis.

Major in natura generis fundatur,
quod totam suam essentiam intimè
communicare debet Speciei.

E. non species accidentaliter de ge-
nere participat.

Minor constat cum per se ad quando
pertineat, ut præsuppositum est ex E-
rotématique antecedente. Jam una res
per se unum habet summum genus, re-
liqua per accidens. Per accidens itaq; in
~~xi~~ ad corpus Naturale. Tempus
quantum dicitur.

3. An momentum sit Tempus?

R. Veteres temporis divisionem cir-
cumferunt in fuisse, esse, fore. Quid
esse est nisi præsens, ad quod referunt
Instans & momentum? Hic dies, hæc
hora, pertinent ad temporis rationem:
ad quam? nõ ad præteritionem, nec ad
futuritionem, sed ad præsentiam. E. præ-
sens tempus est. Porro disputant. Genera-
tionem substantialè fieri in momento &
tamen

tamen in tempore ? Objicis ? Tempus
in successione finitur , hic autem suc-
cessio non stat. Negant illi antecedens
quod loquitur de tempore Physico non
Metaphyfico. Atqui in Physicis Tem-
pus præsens etiam non negatur, etiam si
ratio ejus ultra momentum extenda-
tur. Motus utiq; fit in præsentia. Sed
id hujus fori non est. Alibi ea excuti-
enda sunt. Quod si tamen momentum
à denominatione durationis non exci-
piatur; Durationem quoq; Instantane-
am ad Tempus pertinere videtur.

Sectio Tertia Aphoristica.

1. Tempus est ens reale.

Confirmatur, quia est ens successivum
quoad motum, & permanens quoad In-
stans qui immediati inferendi modi
exhauriunt totam Realis Entis latitu-
dinem.

2. Datur Tempus discretum.

V.g. In operationibus Spiritualibus,
quæ cum interruptione per aguntur, &
tamen in tempore fiunt cum habeant
prius & posterius, Nonnullis dicitur
hoc Instans Angelicum. Ita Aug. di-
cit. Angelos in tempore moveri, & in
eorum actionibus esse tempus scil. di-
cretum non Physicum quod quantita-
tem habet immediatè annexam, quæ

Obi.

Rz.

*l. 8. super
Gen. c. 2.
Gl. 12. de
C.D. c. 15.*

in

In Spiritus hos ab omni quantitate abstractos non cadit.

3. Tempus est numerus numeratus non numerans.

Numeratus ratione partium motus prioris & posterioris secundum Aristotelem.

Sed de his satis.

Ideo ad Te æternitatem ipsam, Deus gloriose, Tu fuisti ante omnia, uti in omnibus es et eris in omnibus post omnia. Te convenimus prece indefessâ: fac nos æternis spiritibus Isangelos, qui Te per Temporalia sanguinis bellici Martyria sequimur fac nos cœlesti participes æternitate.

Δ. T. Θ.

*S*ublimis Heintzelmane, Patrie jubar,
Tritonie primus Viraginis Labor,
Charitumq; Proles quis Deo dignis furor?
Quæ sancta Mœnas pectus invasit tuum?
Cum flammeas vœtus super cœli domos,
Et rorulenta Regiam Proserpine
Æternitatis arduas queris vias.
An flammeati primus Orator Poli
hæc ipsa suavit, Et Sionæi rigat
tua labra Fontis rore? num sui Venus
te parte quintâ proluit succi, sacris
æflata flabris? Vel refundit Cœlico
pectus tuum liquore Fons SAPIENTIÆ.

Vile.

Vilescit omne, quicquid arguto sale
miscet Poeta, quicquid inclutæ netes
multum canoro nobilis filo canit.
Facundia jam crisma relinquis Deæ
Et fulminans quicquid tonat Demosthenes
aut Belgicis Bux ornius sonat plagis.
Facilis Favellus displicet: Scotum fugis
Pererij Decreta nescis tangere.
Quicquid latebris servat Occamus suis
doctisq; paginis Toletus aut sinu
custodit alto Suara tantum Pegaso
Industria perspectus, omne præteris,
Æternitatis ni tuam monstrent viam.
Æternitatis sola vox Tibi placet.
Ergo tuum soli Laborem dedicas
Æternitati. Nosse nunc per Te licet
Nomen quod Hebri Potor, Afer Et ferox,
ipsiq; sanguinis sititores pavent.
Altissimam scandunt feri turrim Geta
Deus fuit semper Deusq; erit, canunt
Æternitas, Æternitas quid est? Deus.
Per Te vetusta nucleum Sapientie
Et quicquid usquam dulce Doctis, discimus.
Plenum quid antrum consciâ formidine?
Æternitas. Quid ista caudam viperæ
mordens reflexâ? Tempus. Hic luvenis sacet
Vultu venustus florido. lævâ gerens
cytharam, sagittas dexterâ duplices manu
arcumq; pictum? Sancta Majestas Dei
hunc esse neu dignare: Tu latum mare,
in sevientis fusca Regna Cerberi.

See-


Sceptro potenti territas: tu gaudia
audita nunquam, visa nunquam preparas
qua fulgida Titanus incedit rotâ.
Quid iste scriptitat senex! Cælestia,
arcana, nullis pervidenda sensibus.
Natura cano nonne vultu Fœmina?
Quid ferrei! quid aenei! quid aurei!
argenteiq; denotant nobis gradûs?
Florem luventæ primulum: robur Viri
trepidæq; candidam senectutis nivem.
Quare cohors tenebrarum Virgineum
Secura ludit? Cur Puellulis salit
Omnis medulla jubilationibus.
Heus! heus! ruit Mundus, ruit liber metu.
Æternitatem nemo, nemo cogitat.
O Flos luventæ, debitum stellis caput,
qui nîl sapis vulgare, nîl sapis leve,
quæ lenta laudes impedit tuas mora?
Ascende culmen Gloria: meritum cape
vivis Pyropis lucidum Fama decus.
Æternitatis Te benignæ mancipa
Æternitatis Candidate, Gratis.
Nîl vincula ista, nîl favor fluxi dabunt.
Æternitas est: quicquid inde nascitur
Æternat, ultimumq; devitat Rogum.

Eruditissimo Amico


hec

Johannes Cutschreuterus
Siles.

F I N I S.







Ff 3362 a

Ff 3362 a

TA → OL




ULB Halle 3
002 728 192




A white rectangular library label with a barcode and the text 'ULB Halle 3' and '002 728 192'.

17 Petrov







DE DURATIONE IN
GENERE ET IN
SPECIE.

DISSERTATIO METAPHYSICA,

In Includatâ Wittebergensium publicæ ventila-
tioni submissa.

Sub auspiciis æterni Numinis
& PRÆSIDIO


Viri plurimum Revereudi, Excellentissimi,
longè Clarissimi

DN. JOHANNIS SCHARFFII,
SS. Theol Licent. ejusdemq; Pro-
fessoris Extraordinarii nec non Logices & Meta-
physices Ordinarii, Patroni Promotoris & Præ-
ceptoris omni observantiæ cultu ætatem
devenerandi.

Autore & Respondente

JOHANNHE HEINZELMANO,
Vratislaviensi.

habebitur ad diem 25. Septembr.
In Auditorio majori.



WITTEBERGÆ,
Ex officinâ Typographicâ Johannis Hafen.

ANNO M. DC. XLV.

